

A PHORRISMI

coribus erit , quod non primum à radice habeat exordium . Iam in primis de hoc patet fecimus quare summa diligentia radices considerandæ sunt.

Vniuersaliores homines sunt habentes erraticas stellas in diversis partitionibus quam adunationem earum plurimarum in una . Sed ī quidem in una re , siue in re illius partitionis magis præminentēs erunt , dicimus hoc cum in esse bono erunt utræq; formæ,

Fundamentum principale in reuolutionibus annorum mundi , est introitus Solis in primum punctum Arietis , porro multa necessaria ad hanc inquisitionem sunt , & scientia multorum experimentorum & cognitionum superiorum præteriorū temporum & magnarum eclipsationum profectionumq;

Natiuitates quæ bonæ configurantur cū figuris annorū mundi siue reuolutionibus annorum mundi existente bono esse , indicant nato præminentiam ab alijs , et potissime si Solem nō extra principium Arietis habuerit.

Natiuitates quæ configurantur cum propinquis figuris duorum superiorum coniunctionū , & maxime cū illis quæ fuerunt in mutatione triplicitatis in triplicitatē , deducunt natos in famā eorum temporum.

Natiuitates quæ configurantur cū coniunctionibus Saturni & Martis & triplicitate ignea , uel in Capricorno deducunt uiros ad animositatem & ad arma magis quam in alijs locis siue triplicitatibus . Et si cum hoc Iupiter Solq; configurentur , deducunt ad principatum militiae , & ad ducatum armorum strenue summae fœlicitate.

Natiuitates quæ Solem cum uno trium superiorum coiunctū essentialiter , & sine latitudine planetæ illo eclipsato à Sole sic in corde habent , ad altum gradum demonstrant peruenire natos , si fortes in uno dorum digniorum angulorum extiterit , uel in gaudio Solis , secundum tamē naturam cui coniunctus Sol erit .

Cauda in secunda una cum Luna uirum facit dispensatorem substantiæ suæ secundum naturam tamen illius planetæ , qui signo